tuſ eſt ne turbaret diſcipulorum animoſ de ſe exemplum protulit dicenſ: quoniam
hoc quod ſcriptum eſt oportet impleri de me: quod et cum iniuſtiſ deputatuſ eſt.
Mouet tamen adhuc quod duoſ gladioſ diſcipuli protulerunt: ne forte unum no
ui unum teſtamenti ueteriſ quibus aduerſuſ diaboli armamur inſidiaſ. Denique
dicit dominuſ ſatiſ eſt: quaſi nihil deſit ei quem utriuſque teſtamenti doctrina muniertt.

Pater ſi poſſibile eſt tranſfer a me calicem hunc. LXXXXIIII.

Herent plerique hoc loco qui triſticiam ſaluatoriſ ad argu
mentum inolite potiuſ a principio quam ſuſcepte ad tempus infir
mitatiſ inclinant: et naturaliſ ſenſum cupiunt retorquere ſen
tentie. Ego autem non ſolum excuſandum non puto: ſed et nuſquam magiſ pietatem eius
maieſtatemque demiror. Minus enim contulerat mihi: niſi meum ſuſcepiſſet affectum.
Ergo pro me doluit qui pro ſe nihil habuit quod doleret: et ſequeſtrata delecta
tione diuinitatiſ eterne tedio mee infirmitatiſ afficitur. Suſcepit enim
triſticiam meam ut mihi ſuam leticiam largiretur: et ueſtigiiſ noſtriſ deſcendit
uſque ad mortiſ erumnam ut noſ ſuiſ ueſtigiiſ reuocaret ad uitam. Con
fidenter ergo triſticiam nomino: quia crucem predico. Neque enim ſpeciem incarna
tioniſ ſuſcepit ſed ueritatem. Debuit ergo et dolorem ſuſcipere: ut uinceret
triſticiam non excluderet. Neque enim habent fortitudiniſ laudem: qui ſtuporem
magiſ uulnerum tulerunt quam dolorem. Homo enim in plaga et ſcienſ inquit
ferre infirmitateſ noſ uoluit erudire: ut qui in Ioſeph didiceramuſ
carcerem non timere: mortem uincere diſceremuſ in Chriſto: et quod eſt ampliuſ
quemadmodum future mortiſ meſticiam uinceremuſ. Quomodo enim te imita
remur domine Ieſu niſi ſequeremur ut hominem: niſi mortuum crederemuſ niſi uul
nera uidiſſemuſ? Quemadmodum diſcipuli crederent fuiſſe moriturum:
niſi morituri triſticiam comperiſſent. Sic adhuc dormiunt: et neſciunt
dolere pro quibus Chriſtuſ dolebat. Ita enim legimuſ: quia peccata noſtra portat
et pro nobiſ dolet. Doleſ ergo domine non tua ſed mea uulnera: non tuam mortem
ſed noſtram infirmitatem: et noſ eſtimauimuſ te eſſe in doloribus cum tu non pro te
ſed pro me doleres. Infirmatuſ enim eſ ſed propter peccata noſtra: non quia illa tibi in
firmitaſ erat ex patre aſſumpta ſed pro me ſuſcepta: que mihi proderat ut